

sancitatem superant, & sapientia foris preceduntur... Ut de conjugiis raceam, que ob amorem Dei separata sunt, quorum magna nobis supererit copia; certe Ferrarensis Monasterii, cui indignus deservio, quondam nobilis Abbas & Presbyter Sigifodus, qui usque ad finem Canonico habuit laudabilior viceps, sponte se potestate exiit, & nostram, hoc est, Monachicam Religionem assumpsit; atque donec diem obiret, suo passus est subjici discipulo, quem ipsius voluntate ad Fratrum consensu Imperator Ludovicus memoratio loco Abbatem prefecerat. Quin etiam Decessus vestri beata memoria Aldricus, qui prefatus Casaribus iussi & mirabili bonorum annuis, nobis, cum eis Abbas, ablatus, & Ecclesia Senonica Pontifice factus est, ad nos immutabiliter proponerat regredi. Episcopali cura omisso, quando hanc vitam, ut credimus, feliciori mutavisti. Quis hos viros Canones ignorasse dicat, nisi prius ipse despat?..... Ceterum, ut mea & multorum fort opinio, nullus intra sanctam Ecclesiam Ordino est, ubi certius prameri Deum fidelis anima possit, quam si Monastice Discipline studeat postulare integre observare. Verum ne nos magnificare videamus; Beatus Gregorius, cuius & tanta in Ecclesia resplendit Autoritas, Patrem nostrum Benedictum his verbis commendat: Scriptis Monachorum Regulam discretione praecepit, sermonem luculentam. Sanctus autem Benedictus Sacerdotes suscipi in Monasterium & posse & debere ostendit, cum, quamquam non facili, tamen eis permittat ingredi, & reiunis Officium ex Abbatis fusione proferat. Quod nullo modo facere, si soli admittendi essent criminis. Nam & eos quidem interdum, sed difficillime & vehementer compunctos recipimus. Veni enim Filius hominis querere & salvare quod perierat.

## SCHOOLION.

In hoc Articulo, Num VI. pag. 562. Editionis prima, Religiosi Confessores hanc propositionem notavit: Causa major deferenda ad Papam, debet prius a proprio Episcopo ventulari.

R. De Causis majoribus ne verbum quidem ullum habetur eo loci. De Clericorum Causis, Presbyterorum feliciter, Diaconorum & inferiorum Ordinum loquitor. Joannis Octavi Pontificis Maximi verba profero, qui Episcopos Causas Presbyteri prius ventilare & subtili examine ducentes debuisse scribit secundum Canones: ac demum & quid abundanter ibi seu difficile videbatur, ad Summum ipsum Pontificem referre more presco, ejusque Decretum exposere.

## ARTICULUS V.

## De Monachis, &amp; Sanctorum alibus.

Regula  
Benedicti  
Capitulo  
Galiciana,  
Germanica,  
Italica, ab  
1000 incepta, Regula S. Benedicti sub Caroli Magni & Ludovici Pii Imperio ubique recepta erat in Gallia, Germania, & Italia, ita ut sola in Monachorum Cœnobitis dominaretur. Id constat ex Concilio Aquisgranensi anni DCCCI, de quo Annales veteritatis, qui in anno DCCCXVII. desinunt, à Petro Lambecio editi, Tom. II. Bibliotheca Casarea, Cap. V. ita memorant ad annum DCCCI. Et mensis Octimbris congregari Carolus Magnus universalis Synodus in iam nominato loco: & ibi feci per Episcopos cum Presbyteris seu Diaconibus relege universos Canones, quos Sancta Synodus recepit, & Decreta Pontificum, & plenius iussit ea tradi coram omnibus Episcopis, Presbyteris & Diaconibus. Similiter in ipsa Synodo congregavit universos Abbes & Monachos qui ibi aderant, & ipsi inter se Conventum faciebant, & legem Regulam Sancti Patris Benedicti, & eam tradiderunt Sapientes in conspectu Abbatum & Monachorum,.. Et tunc fuisse ejus generalis super om-

Histor. Eccl. Sec. IX. & X.

A nos Episcopos, Abbates, Presbyteros, Diaconos, seu universo Clero facta est, ut unusquisque in loco suo, juxta constitutionem Sanctorum Patrum, sive in Episcopatibus, sive in Monasteriis, aut per universas Sanctas Ecclesiæ, ut Canonicæ juxta Canones vivent, & quicquid in Clero aut in populo, de culpis aut de negligentia apparuerit, juxta Canonum Auctoritatem emendassent. Et quicquid in Monasteriis seu Monachis contra Regulam Sancti Benedicti factum fuisset, hoc ipsum juxta Regulam Sancti Benedicti emendare fecissent. Eadem habet Chronicon Moissiacense ad annum DCCCI. Idem constat ex Capitulari Interrogationis, quod anno Imperii sui undecimo Carolus Magnus edidit, in quo plurimas inter questiones, quas Episcopis & viris eruditis suarum ditionum solvendas proponebat, XII. legitur: De conversatione Monachorum, & utrum aliqui Monachi esse possint prater eos qui Regulam Sancti Benedicti observant. Inquirendum etiam, si in Gallo Monachi fuissent, priusquam traditio Regule Sancti Benedicti in has Parochias pervenisset. Idem constat ex Concilio Moguntino anni 813, in quo confessi dicuntur ex una parte Episcopi; ex altera Abbates & probati Monachi, Regulanam Sancti Benedicti legem, a qua tractantes diligenter qualiter Monachorum vitam in meliore statum perducere possent. Ex Canone II. ita statutum est de vita Monachorum: Abbates autem censimus ita cum Monachis suis plerius vivere, sicut ipsi qui in presenti Synodo aderant, palam nobis omnibus promoverant: id est, secundum doctrinam sancte Regule Benedicti, quantum humana permittit fragilitas. Idem constat ex Concilio Remensi ejusdem anni, Canone nono: Letta est, inquit, Regula Sancti Benedicti, ut ad memoriam reduceretur Abbatis minus scientibus, si qui foris adfuerint, qualiter & se, & suos, secundum eamdem Regulanam custodiare valerent, a qua gubernare. Idem constat ex Concilio Turenensi III. Canone 25. Et ex Concilio Cabilonensi II. Canone 22. cuius haec sunt verba: De Abbatis vero & Monachis idcirco hic pauca scribimus, quia penè omnia Monasteria Regularia in his regionibus constituta, secundum Regulam Sancti Benedicti se vivere fatentur: quia Beati Benedicti documenta demonstrant qualiter eis vivendum sit. Inquiratur ergo diligenter ubi secundum ipsionem Ordinem vivunt, & ubi ab ipso Ordine digressum est, ut juxta eisdem Beati Viri institutionem vivere centent, qui se ut ita vivent, cum attestacione profecti sunt.

Conventus Aquisgranensis Abbatum Francia, anno Christi 817. Ludovici Pii Imperatoris quarti habitus, octoginta Capitula Benedictina Regula renovavit & confirmavit, nonnullo cum temperamento. Cap. 2. statutum est ut Monachis omnes qui possent, Regulanam menoviter discant. Cap. 3. Ut Officium, juxta quod in Regula Sancti Benedicti continetur, celebrent Monachi, &c. Ex quibus compertum est nullos in ditionibus Ludovici Pii fuisse Monachos, nisi Benedictinos. In Concilio Aquisgranensi II. anni 836. Ludovici Pii Imperatoris 23. Cap. III. Canone 15. haec disciplina in Congregationibus Canonorum & Monachorum ratio prescribitur: Ut Canonicæ, secundum id quod continetur in libro, qui de eorum vita collectus, religiose conversentur: Monachi vero secundum traditionem à B. Benedicto Regulanam unanimiter, quantumcumque posse est, cuiusque Religionis regularam vitam in omnibus scelerentur. Omnes igitur Congregationes Ecclesiasticae sub Imperio Ludovici Pii erant vel Canonorum, vel Monachorum Benedictinorum. Idem de Italia judicium esse debet: siquidem Concilium Ticinense anno DCCCLV. celebratum duas tantum Regulas viventes agnos-

Sij cit.